

Ricci Giuseppe crs., *Orationes Iosephi Riccii Brixiani clerici regularis Congregationis Somaschae inclytis Brixiani Senatus patriciis ... Venetiis, apud Paulum Balleonium, 1645, pp. 690 (a pp. 346 - 362: «Caelestis Larva, sive de B. Hieronymo Aemiliani Congregationis Somaschae institutore Oratio XII»); copia in: AGCRS, CRS Auctores, 3-21.*

*Trascrizione di p. Maurizio Brioli crs.  
Roma, 10 ottobre 2016*

## **Caelestis Larva**

**sive de B. Hieronymo Aemiliano  
Congregationis Somaschae Institutore.**

### ***Oratio duodecima.***

Multorum querelas molestam hodiernae orationis importunitatem tacito murmure sugillantium mihi audire videor, Auditores, quod his Dionysiis feriis, quibus ad omnem voluptatem licentiae laxatis habenis, thyasis, duntaxat, choreis, et cantibus mortales addicti larvati tota urbe ululant Orgia; his tetricis rebus audiendis, vos subito frontem contrahere, oraque obducere severiori nota parumper seductos a voluptate compellam. Quid importunis vocibus, (mussitant fortasse isti) nostris gaudiis obstrepis, garrule Adolescens? quid Bacchanalium hilaria dierum, severa oratione incommode admodum interpellas? Nemo saltanti togam inducit, nemo floralia vestit. An vides ut fora, theatra, compita, viae laetissimis clamoribus, fidium cantibus ferveant universae? ut omnes Urbis regiones festivissimas larvas ebulliant? bacchentur quaquaversum personati greges? differ, si sa-

(p. 347) pis, in alios opportuniores dies istam tuam iactationem eloquentiae; aequiores praebebit aures accita concio, si tantisper, dum istae insaniae desideant, meliori consilio, tardaveris. Sed tantillum, amabo, hae tacitae ponant obloquentium quaerimoniae. Bene habet, Auditores, nihil moror geniales dies, non interpello solatia, nec vestris voluptatibus intercedo. Caelestem personam vobis in medium spectandam adduco: affero religiosam Larvam, quandoquidem inserviendum est tempori; non quae insanis ululatus tota urbe cerita (*sic per cerrita = deliranti; da cerritus, -a, um ndr*) discurrit; aut Lymphata mimicis gestibus, scurrilibus nugis ad puerorum terriculamenta furit: sed quae humanae posthabito authoramento militiae, casside, umbone, lorica, et lato clavo valere iussis, despecta nobilitatis, et illustrium natalium praerogativa, peronata, lacernosa, erratica in nosocomiis non erubescit agere vespillonem, incedere inter puerorum choros sacros cantus edentium ipsa Phonasco. Quin etiam spectacula tragici dramatis exhibebit; ne quid ad vestram voluptatem his festivis temporibus desit. En ut vestris desideriis indulgeo, ut vestra solatia continuem. Adeste igitur animis, Auditores, favete linqvis, dum in beatissimo Parente nostro Hieronymo Aemiliano pie personato egregiae virtutis, caelestis pietatis, divini amoris miranda spectacula in scenam vobis intuenda

(p. 348) produco. Sed me tot illustria Patris facinora, vel novitate inaudita, vel magnitudine maxima, vel raritate ipsa miranda in unius orationis angustiis audentem includere Timantis tabulae pusium circino gigantis portentosum pedem metientem putate: ut enim ille ex unius magnitudine pedis, et symmetria gigantei corporis procerae molis voluit intuentem coniectare vastitatem; sic ex

iis paucis, quae hac brevi oratione praestringam, cupio vos intelligere, quae narratione complecti, exornatione prosequi, et graphice exprimere non potero, ea esse omnium oratione, et commendatione maiora.

Bene arbitror Caelestem Larvam, ac religiose personatum Hieronymum appellavi, Auditores, cum ex amplissimis ordinis dite patricio, repente mendicus, ex copiarum, arciumque duce, eiurata militia, religiose togatus, ex pugnacissimo bellatore, acerrimoque vindice iniuriarum patientissimus contumeliae, ex praefervido, contumacique ingenio lenior moderatione ipsa prodierit. Quid tantam exarmavit audaciam, dissimilemque sui in alios mores transcripsit? illud ipsum caeleste fulmen, quod Saulum avitae desertoribus legis, vincula, caedes, ac ultima minitanti humi revolutum prostravit: Hieronymo etiam altius adactum, cathenae scilicet, compedes, pendentia collo marmora, iam iam haesurus iugulo gladius illius

(p. 349) praedurae mentis indomitum molliit adamantem. Avexit illum iuvenilis fervor in arma ea luctuosissima belli procella, qua toto Christiano orbe in Venetos conspirante, pene obruta Respublica trepidavit. Caput aenea casside in cono nutantibus iubis, pectus ferreo thorace, appenso lateri gladio prodit armatus: minaci fulgurat vultu, torvo certamina spirat obtutu, toto ore militaris feritas micat. Erumpentibus in Carnos ex Alpibus Iuliis Germanorum copiis se se firmiter arce, cui praesidebat Patrum iussu, munimentum obiecit: primique in illum barbarorum impetus turbo, ac Germanicis belli procella saevior effunditur. Iam tormentis murorum decussa lorica, perpetuoque missilium pulsu, arx munimento nudata: nihil Hieronymum terret: pluribus locis cuniculorum in arcto eluctantium flammarum vioneltia, moenia a stirpe revulsa: impavidum, sufficientemque periculo nihil ducis animum movent: debilitati vulneribus, mulctati membris militum plurimi, minor in dies numerus propugnantium: nulla idcirco spes deditiois barbaris facit.

*Saxorum validis, ut libet, ictibus,  
Tormentisque potes tundere moenia,  
Miles, nam latitans flamma cuniculis  
Accenso rapide sulphure subruet*

(p. 350)

*Disruptis lapidum nexibus arcium  
Fundamenta: Ducis non tamen icies  
Iactu missilium robora pectoris:  
Non tortis animum sulphureis pilis  
Terrebis: trifidi non via fulminis,  
Non unde pelagi flatibus inciti  
Turbabunt: rabies non fera tigridis  
Hyrcaenae, libycus non fremitu leo:  
Hostilis furias negligit impetus.*

Audistis quam belle Hieronymus strenuum ducem, ac fortissimum egerit bellatorem? nunc omnium mortalium miserrimum, exarmatum, interiori tantum amiculo horridulum in scenam prodeuntem videte. Irrumpit tandem multitudo superante Germanus, acriori impressione repetita per moenium ruinas in arcem: ut promiscue in omnes militaris impotentia grassatur; ita unius ducis infensor virtuti in illum crudelius rabies hostilis efferbuit. Sed parcite, milites quaeso, ferro vincere dicem, incessere probris, proscindere contumeliis, non nisi ab ultima barbarie in suprema copiarum capita legimus desaevitum. Etiam in hoste bellicae veneratio virtutis iratos victorum animos afficit.

Sed nihil proficiunt apud barbaros preces. Abreptus protinus immani cathenarum, saxique collo appensi gravatus pondere profundi pedore carceris, ac tenebrarum horrore damnatur. Qualis fera sueta olim suis terrere rugi-

(p. 351) tibus sylvas, nunc damnata theatro, arenae claustra, intentata venabula, cavearumque

fremittum pavet; talis Hieronymus aliorum quondam terror, se mox in aliquo ferali pegmate scissis cervicibus, aut fracto gutture tragici dramatis se absoluturum catastrophem pertimescit. Quid hic expectatis, Auditores? ut in productum stricta securi lege lictor agat? vel admota quaestione diris cruciatibus lancinetur? non sic ab ulva palustri, Minturnensique coeno rivalis saevitiae devotus ad consulares fascas se se Marius explicuit; nec ita semina ex altius subacto solo in calamum virentem exurgunt; ut Hieronymus ex illius teterrimi squalore carceris ad meliorem fortunam, et frugem laetiolem proventum laturus emerit. Quippe illum in imum solum arcuante saxo, veluti adducto nervo, maiori visu in sidera precum tela contorserat; quibus Numinis iras acerbiora fulmina molientis exciperet, infensumque coelum potentius, ac aversos Superos expugnaret. Immo claves effusae cudere lachrymae, aut fervida suspiria conflarunt, quibus custodiae vectibus reseratis, solutisque nexibus vinculorum, ex illa horribili nocte feliciorlem in scena personam acturus erumperet. Ita sane, exiluit e Tulliano illo, ferratos Virgine pandente postes: accurrerat enim cum praetorianis suis Superum Imperatrix e coelo accita vocalibus lachrymis suo Heroi la-

(p. 352) tura suppetias. Vincula fracta dissiliunt, ubi orbis Liberatoris Mater affulget: per armatas hostium stationes, eadem duce, visus coelestis fulgore luminis vigilum hebetante, se se in tutum barbarorum elusa saevitia proripuit. Nimirum.

*Sic sol hesperis occidit undis  
Noto sed subito tramite currum  
Convertit solitos rursus ad ortus:  
Nudatur propriis frondibus arbor;  
Urunt cum rigidae frigora brumae,  
Astringuntque dies arva nivales,  
Et sylvas glacie: sed decus arvis,  
Et sylvis redeunt rursus honores.  
Antiquos cupiunt quaeque recursus:  
Et grato reditu singula gaudent.*

Pene minantes ipsius supra cervicem radiasse gladios horruistis, Auditores, mox ad imperatoria paludamenta, triumphalesque trabeas, velut a funere, et rogo relato, coelo vindice plaudetis. Nam si tyroni parum feliciter prima militiae rudimenta cesserunt; si bellicas artes tum primum fortiter auspicantem fortuna destituit; in alio digniori pugnae, bellique genere, ubique victori laetissimis vocibus, acclamabitur triumphanti: Ad huius siquidem divini belli disciplinas Hieronymum coelestis. Pallas

(p. 353) erudiit; non quae Vulcaniae ictu securis e falsi Numinis scissio capite repente armata prosiluit; sed quae aeternam sapientiam foecunda Summi Parentis genitam mente mortalitati parturiit. Quos enim ex Virginis illis alloquiis hausit divinos spiritus coelestis afflatus, qui conceptam iam pectore divini amoris flammam in immensa ventilarent incendia charitatis? qui stimuli ad magnos pietatis conatus, quae faces admotae ex Virgineo illo, et officioso contactu? Praeteritae poenitet vitae, horret scelerum labes, meliora, sanctiora animo voluit; alias sibi ineundas purioris vitae rationes, aliud novae militiae tyrocinium instituendum putat; et quod in hostes bellum pro patriae salute suscepit; minatur pro sua acerbissimum daemone, et vitiis omnibus illaturum authoratus aeternum Christi miles. Quocirca non segnior in posterum divinis in castris bellator pugnat, quam Martis acie certaverat ductor; immo ex praefecto, privatoque dice paludatus Imperator in infernos hostes alios vehementius accendit ad pugnam; quam quondam cessantes humani triumpho invitavit ad lauream. Sed priusquam in hostem inferas signa, Hieronyme, suspende liberatrici Virgini germanicae feritatis exuvias; nec tam votiva spolia saevitiae, quam tenaces vitiorum nexus Mariani delubri fige parieti. Sic est actum, Auditores, noxio criminum, et sarcina-

(p. 354) rum pondere expeditus vadit audacter in arma, spectante coelo, mirantibus beatarum

Mentium turmis; non ferrea pectus lorica, sed triplici aere circa praecordia armatus, et memorabili plane tantae militiae rudimento, pannosus, obsolete lacerna, pingui, vulgarique amiculo. Praetorianas squalentium fame, nuditate, inopia puerorum cohortes, pauperum classes, et inopum copias adornat in tenebrarum principem; non ignarus illum nihil aequae pertimescere, quam huiusmodi stipatum milite Ducem: sed verius in sidera, quae non nisi hoc militum genere cognoverat expugnari. Ditia aperit aeraria, ex suo locuplete armamentario profert omnes bellicos apparatus, aulaea, stragula, perizomata, omnem pretiosam suppellectilem distrahit; ut ex iis stipendia, vestes suo pauperi militi solvat. Et ne quid optimi Imperatoris muneri desit; erigit pietatis propugnacula, excitat religionis arces; virtutum castra metatur, Xenodochia, Nosocomia condit, sodalitia probitatis, et conclavia egentium puerorum instituit: ut imposita inimicis cervicibus iuga fraenent novis rebus studentium audaciam. Tota urbe vexillo crucis praeunte, procedunt mendicae puerorum legiones; cogente ordines Imperatore Hieronymo, bini longa serie euntes coeleste bellum in vitia, in scelera canunt. Sed quemadmodum in Aethnaeis caminis nequeunt incendia semper

(p. 355) inclusa, nec Vesaevi cavernis, aut Lypareis fornacibus contineri; quin aliquando ex illis carceribus, qua dato aditu impetu facto, se se exerant, et in apertum erumpant; sic illi divini amoris aestus, quibus Hieronymi pectus usque ad cineres aestuabat, non poterant amplius in unius angustis civitatis finibus coerceri; quin in continentem egressi mediterranea quoque suo coelesti incendio corripent. Itaque maiora animo complexus expeditionem parat in finitimas civitates. Quaecumque illum rapiunt coelestis charitatis ardores; se se ultro illi adglomerant nobilium manipuli: agmen crescit eundo: novae, ac novae subinde cohortes ad Emilianam signa concurrunt: longum pone trahit patriciorum commilitum; quorum, iis in rebus, quibus ipse praesidere non posset, strenuae operae vicariam fidem sufficiat. Ac veluti nocturna flamma, quae facem ducens multa cum luce, et fulgore decurrit; ubique monumenta pietatis, religiosae mentis exempla, ac probitatis vestigia relinquit. Nam inopum perfugia, egentium puerorum domicilia, in quibus orbata parentibus soboles aleretur; in pluribus Italiae urbibus, auctore Hieronymo, condita sunt. Sen nunquam gloriosiori pugna cum hoste confligit; aut acerbiori bello daemonem persequutus est; quam cum illum in suo ipsius regno debellaturus invasit. Nihil veritus est oli-

(p. 356) das luxuriantis Veneris aedes, prostantium mulierum foedissimos fornices ingredi, ut illas Phrines, ac Taidas prostituti pudoris, ac vulnati corporis meretriculas ab illo probro, coeno, ac sordibus evocaret. Extudit quam plurimas ex inferni faucibus Abigei: plures Pelagiae vitae sanctitate doctore Hieronymo, claruerunt. Primus in Italia laudabilis instituto extinxit publicae Veneris faces: primus posuit poenitentium pellicum tecta: quid plura? primus tepentem iam, ac sopitam prostratus, immo frigescentem omnem pietatis flammam accendit ignibus illis, quos sine fabuloso Promethei furto a sempiterno hauserat sole. Verum non adeo daemonem totis belli viribus urget; quin aliquando sit illi etiam cum perditorum furore bellandum. Etenim nescio quis audax de Lentuli ludo Myrmillo cum illo collato pede congreditur. Procacibus contumeliis abunde lacerato se illi barbam depilaturum minatur. Discite novam, non de lanistarum schola petitam, sed de coelo acceptam conficiendi adversarii rationem: ultro illi mentum exhibet vellicandum. Subito illa gladiatoria feritas stupuit, impudensque sicarii obmutuit audacia, ac celeri se inde fuga victa temeritas Thrasonis abripuit.

*Verbis ira minacibus  
Augetur, velut addito*

(p. 357)

*Ignis fomite: mitibus  
Subsidit furor: aeneo  
Mens pacata potentius  
Thorace ictibus obstitit.*

*Miti nil aciem magis  
Obtundit chalybum, suae  
Irae, qui patiens fuit.*

Imperatorium obeuntem munus, ducentemque ordines Hieronymum mirati estis, Auditores, nunc in scena plebeium eundem, et humilem profero vespillionem. Post funestissimos bellorum turbines, quibus tota Italia concussa supremum timuit fatum: aliae duae omni Marte foediores clades nihil reliqui miseris fecere mortalibus: quod belli flamma non hausit, hae duae cruentissimae rapuere lanienae. Eruperat in mortalium scelera, e specubus inferorum dirissima lues: corruptoque totius Italiae tractu, vitiatoque coelo, per omnes civium ordines virus late serpebat. Nati inter stupentium, nimio dolore; parentum amplexus: patres inter charissimorum pignorum suspiria, et gemitus cadebant exanimis: omnes urbis regiones senum, ac iuvenum promiscua funera civibus viduabant: viae, compita cadaverum aggeribus sepiebantur: insolito horrore squalebat civitas universa. En novus Tobias, quos ob multitudinem a publicis Nosocomiis exclusos, vicis

(p. 358) expositos violentia extinxerat luis, strenue sublatis in humeros efferebat. Fatiscebant sub cadaverum pondere Hieronymo vires: sudabat nobilis sub horrentium sarcinarum vectatione vespillo. Quid agis, Hieronyme, igitur te vilem exercere libitinam, Sandapilarii occupare pensa non pudet? nihil ne te familiae splendor, nihil tuae iactura dignitatis, nihil damna nepotum, nihil affinium indignatio, nihil domesticorum querelae a tam humili incepto deterrent? Te sibilis, sannis, clamoribus veluti desipientem cives excipient; te insanum inclamabunt universi. Sed hoc est peculiare in Christi castris merentium insigne, haec prima nota, et tessera probitatis, ut Divi proceres cum primum pietatis vestibulum ingrediuntur, insani maligna rerum aestimatione putentur. Sed sane quot effert cadavera, tot sibi praeferet coelum ineunti fercula triumphalia; immo aliis super alia iniectis cadaveribus, sibi felicius gradus struet in coelum, quam montium aggeribus comentitia gigantium audacia sidera tentaverat expugnare. Ite nunc, ut libet, Affines, et dementem vocate, illudite, cives, irridete sanniones: quem nunc ludibrio habetis, mox inter Indigetum ordines haec vilia opera centuriabunt; ac immortalitate, coeloque donatus suos damnabit supplices votis. Praeclarum sane opus pietatis tot fluentia tabo extulisse cadavera,

(p. 359) tot vaga ossa tumulis ingessisse; sed nutantia fame, et vix suo vestigio haerentia inopum corpora, ne abirent in cineres, immaturoque fato raperentur, suarum profusione opum fulcivisse, longe clarissimum. Non minorem mortalium numerum annonae caritas abstulit, quam diritas pestis. Miserabilis ubique fame pereuntium facies, egenorum corpora macie confecta, illuvie orrida, foeda cute sordentia, oculis introrsum actis, dentibus exertis, iacebant passum prostrata in viis, praetereuntium opem vel solo aspectu poscentia. Quid Hieronymum in tam calamitoso miserorum articulo fecisse putatis, Auditores? Horrea primum refertissima; ingentem deinde pecuniarum modum, quas domi congestas, quas in nominibus habebat prorsus omnes alendis egenis, et vestiendis effudit: adeo, ut etiam Sonam solidi bullis argenti phrigio opere phaleratam roganti pauperi, cum nulla alia pecunia suppeteret, erogaverit. Credo eo cingulo vinctum e coelo traxisse Numen, verius quam ridendo illo aureae catherinae commento Deos, Deasque omnes e sideribus detrahentis.

*Si tuto petimus sidera cursu:  
Et magno facimus grata Tonanti;  
Scandit de superis nullus in axes;  
Nec quisquam meruit dives olympum;*

(p. 360)

*Ni quis praecipiti largior imbre  
Profundit tenui munera turbae:  
Aurum nec tenebris damnat avarus;*

*Nec clausae pretiis incubat arcae.  
Felix, qui manibus condidit auri,  
Argentique inopum pondera coelo.  
Mutat sideribus munera pauper.  
Ac coeli reserat limina pauper.*

Egregie sane se exhibuit Vespillionem; nunc a sandapila solitarium, in aspero secessu vitam pauperrime tolerantem in scenam reduco. Etenim ne dum tantopere de aliorum salute laborat, negligeret suam; advolat in invios asperrimae rupis horrores; in inaccessas specus latebras, inhospita dicam tesqua, ubi humanarum rerum nullae animum curae sollicitent; sed tacitos ire dies sinat; quo expeditiori volatu mens libera se rebus divinis insinuet, et superum consuetudine perfruatur. Ibi inedia macerat senile corpus; in subiecto stramento, saepissime super durissima caute sub dio, cum omnia circum gelu rigerent, multa nive cadente, decumbit: scilicet, ut quae fulmina in Aethnaeis caminis venereo igne lascivi Cyclopes temperant Tonanti; in illis algidis saxorum latebris, vel irato extorqueret, vel casto rigore frige facta retunderet. Non miror, Hieronyme, si illa **arida rupes tui mollita precibus tibi sitiendi fluxerit aquis;**

(p. 361) cum tuarum largos saepe rores imbiberit lachrymarum.

Id aetatis erat Hieronymus, ut ei iam senescenti esset omnino a laboribus quiescendum: sed audite, quaeso, cadenti aetati datam quietem. Ingeminat verbera, saevit in seipsum flagris dirissime, si quando alias; fracta cutis sanguine rorat: ostiatim per pagos, et vicos, lineis manticis ex humeris hinc inde pendentibus, mucida panis frusta mendicat; quibus domesticos aleret pauperum greges. At hoc minus fortasse laboriosum: inter abiectissimas vero operas, cum ardentissimi soles aestivusque vapor omnia intolerabilis coquit; aristas falce illum messuisse, quis crederet? et cum se se diurno labore fregisset, suas ad salebras iterum, notaque diverticula arrepebat; ut ibi emaciatum laboribus corpus asperiori castigatione tenuaret. Sed cessa iam, Hieronyme, cessa quiesce tantisper, ne te alimentorum familiae urgeat cura; exigua Ceres in tuo sinu veluti in praepingui, ac uberi solo multas crescet in messes; violatoque naturae ordine, vites uvis verno tempore, te praecante, gemmascent: omnia in expedito tuis iussibus erunt.

Tui te igitur misereat aliquando. En tibi reseratis postibus coeli aeterna penetralia panduntur: en gloriosa de triplici triumphato hoste trophaea tuis vernis in domiciliis caelestibus

(p. 362) ostentantur: en fulgida sedes, sellae curules, aureum solium in superis te sessurum expectat: en adorea, laurea tibi triumphaturo Imperatori frontem ornatura contextitur. Quid te frustra amplius excrucias? Sed, ut aiebat ille suadenti, ut iam senex a laboribus requiesceret, non oportere iam metae vicinum cursum remittere, sed magis intendere; pleniori gradu, velociori cursu, ardentiori voluntate caelestem festinabat ad metam. Sed curre, matura, advola, ad parata tuis laboribus, tuis victoriis,

et pietati praemia capienda: et nos quo-  
que, qui in tua adolescimus fide,  
et litteris imbuimur clientela,  
manipularesque tuos, qui  
te sequuntur ante-  
signanum,  
ubique, et semper tuis  
precibus  
tueare.

ORATIONES

IOSEPHI RICCHII BRIXIANI

Clerici Regularis Congregationis

Somaschæ

INCLYTIS

BRIXIANI SENATVS

PATRICIIS D.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC XLV.


Apud Paulum Balleonium.

## Cælestis Larua

## SIVE DE B. HIERONYMO ÆMILIANO

Congregationis Somaſchæ Inſtitutore.

## ORATIO DVODECIMA.


**M**ultorum querelas moleſtam hodiernæ orationis importunitatem tacito murmure ſugillantium mihi audire videor, Auditores, quod his Dionyſijs ferijs, quibus ad omnem voluptatem licentiæ laxatis habenis, thyaiſis, duntaxat, choreis, & cantibus mortales addicti laruati tota vrbe vlulant Orgia; his tetricis rebus audiendis, vos ſubitò frontem contrahere, oraque obducere ſeueriori nota parumper ſeductos à voluptate compellam. Quid importunis vocibus, (muſſitant fortaffe iſti) noſtris gaudijs obſtrepis, garrule Adoleſcens? quid Bacchanalium hilaria dierum, ſeuera oratione incommodè admodum interpellas? Nemo ſaltanti togam inducit, nemo floralia veſtit. An vides vt fora, theatra, compita, viæ lætiffimis clamoribus, fidium cantibus ferueant vniuerſæ? vt omnes Urbis regiones feſtiuiſſimas laruas ebulliant? bacchentur quaquauerſum perſonati greges? differ, ſi ſapis,

pis, in alios opportuniores dies iſtam tuam iactationem eloquentiæ; æquiores præbebit aures accita concio, ſi tantisper, dum iſtæ inſaniæ deſideant, meliori conſilio, tardaueris. Sed tantillum, amabo, hæ tacitæ ponant obloquentium querimoniæ. Benè habet, Auditores, nihil moror geniales dies, non interpello ſolatia, nec veſtris voluptatibus intercedo. Cæleſtem perſonam vobis in medium ſpectandam adduco: affero religioſam Laruam, quandoquidem inferuendum eſt tempori; non quæ inſanis vlulatibus tota vrbe cerita diſcurrit; aut Lymphata mimicis geſtibus, ſcurrilibus nugis ad puerorum terriculamenta furit: ſed quæ humanæ poſthabito authoramento militia, caſſide, umbone, lorica, & lato clauo valere iuſſis, deſpecta nobilitatis, & illuſtrium natalium prærogatiua, peronata, lacernoſa, erraticæ in noſocomijs non erubeſcit agere veſpillonem, incedere inter puerorum choros ſacros cantus edentium ipſa Phonaſco. Quin etiam ſpectacula tragici dramatis exhibebit; ne quid ad veſtram voluptatem his feſtiuis temporibus deſit. En vt veſtris deſiderijs indulgeo, vt veſtra ſolatia continuem. Adeſte igitur animis, Auditores, fauete linguis, dum in beatiffimo Parente noſtro Hieronymo Æmiliano piè perſonato egregiæ virtutis, cæleſtis pietatis, diuini amoris miranda ſpectacula in ſcenam vobis intuenda pro-



**UNA MASCHERA CELESTE**  
**cioè Gerolamo Emiliani**  
**fondatore dell'Ordine Somasco**

DODICESIMA ORAZIONE

Trad. it. di p. Brioli Maurizio crs.  
Como, gennaio 2017

O Ascoltatori, mi par già di sentire i mugugni di molti che, con un seppur discreto mormorio, denunciano l'inopportunità di questa orazione di oggi, perché in questi giorni dedicati a Dioniso, nei quali i mortali mascherati si abbandonano ad ogni forma di piacere, senza freni inibitori, e in schiere tumultuose, per lo più danzanti, e con i loro canti riempiono di baldoria tutta la città, se vi tocca ascoltare di queste mie cose serie, vi costringerei a corrugare di colpo la fronte e a piegare la bocca ad una smorfia di particolare disgusto per essere stati sottratti seppur di poco al divertimento.

Perché con discorsi inopportuni (magari brontolano costoro) strepiti contro i nostri piaceri, giovane intrigante? Perché l'allegria di questi giorni di Baccanali fastidiosamente di netto interrompi con la tua orazione seria? Nessuno solleva la toga a chi danza, nessuno si copre con vestiti floreali.

Non vedi che le piazze, i teatri, i crocicchi, le vie risuonano tutte di grida festose, dei suoni di cetra? Che da ogni parte della città saltan fuori maschere molto divertenti? Che per ogni dove si scalmanano caproni mascherati?

Rimanda, se puoi, a giorni più opportuni questa tua esibizione di eloquenza; orecchie più benevole porgerà la folla chiamata, se nel frattempo ritarderai in modo più avveduto, finché queste follie siano finite.

Ma, per piacere, diminuiscano un tantino questi mugugni di quanti si oppongono.

Va bene, o Ascoltatori, non metto nessun ostacolo ai vostri giorni di festa, non disturbo la gioia e non mi intrometto tra i vostri piaceri.

Pongo in mezzo a voi una maschera celeste da ammirare; dal momento che si deve stare al passo con i tempi, vi metto davanti una maschera da religioso; è una maschera che non corre qua e là per tutta la città delirante fra folli ululati, o che impazzita con gesti teatrali, con sciocchezze scurrili fa versi da spauracchio per i bambini: ma è una maschera che non si vergogna di prendere ordini, deposto l'armamento dell'umana milizia, dell'elmo, dell'umbone, della corazza, e della striscia di porpora, che non si vergogna, dopo aver rinunciato ai privilegi della nobiltà e di una nascita illustre, di fare il becchino, con tanto di stivali e di mantello, girando da un ospedale all'altro, di intrufolarsi tra le danze dei bambini che cantano sotto la sua stessa direzione.

Presenterà anche scene di un dramma tragico; così che in questo periodo di festa non manchi nulla al vostro piacere. Ecco come vado incontro ai vostri desideri, come darò seguito ai vostri divertimenti.

Attenti dunque, o Ascoltatori, fate silenzio: vi espongo, perché li conosciate, mirabili spettacoli sul nostro santissimo fondatore Girolamo Emiliani, piamente rivestito di straordinaria virtù, di celeste devozione, di amore divino.

Ma poiché mi azzardo a racchiudere le gloriose imprese del Padre, di novità assoluta e di straordinaria grandezza e di mirabile rarità, entro i limiti di una sola orazione, paragonatemi pure a un bimbetto che con un compasso misura il piede enorme di un gigante: infatti come lui dalle dimensioni del solo piede si propose di dedurre per simmetria anche l'enormità della elevata altezza di un corpo gigantesco, così, dai pochi tratti che riuscirò a delineare, desidero che voi capiate che sono più grandi di ogni orazione e di ogni elogio le cose che non riuscirò a racchiudere nel mio racconto né ad abbellirlo né a raffigurarlo.

Ben a proposito, o Ascoltatori, sono convinto di aver definito Girolamo maschera celeste, con abito da religioso, dal momento che da ricco patrizio fra i più ragguardevoli del suo ordine si ridusse d'un tratto a mendicante, da comandante di truppe e di rocche, deposta la divisa militare, si racchiuse in tonaca da religioso, da accanito combattente e spietato vendicatore delle ingiustizie, divenne pazientissimo nel sopportare oltraggi, da spirito bollente e indole arrogante si ridusse ad essere più mite della stessa moderazione.

Che cosa riuscì a disarmare tanto ardimento, a spingerlo trasformato verso altre professioni?

Quello stesso fulmine divino, che fece cadere e prostrò a terra Saulo, impegnato a minacciare prigionia e persecuzione fino alla morte a quanti si allontanavano dalla religione antica: a Girolamo ... intendo le catene, i ceppi ai piedi, le pietre appese al collo, sì che l'elsa della sua spada gli stava per tagliare a poco a poco la gola, riuscì ad addolcire l'indomabile durezza della sua mente ostinata.

L'ardore giovanile verso le armi lo travolse durante quella sanguinosissima spedizione militare, nella quale essendo coalizzato tutto il mondo cristiano contro i Veneti, la repubblica di Venezia trepidò a un passo dalla distruzione.

Il capo nel bronzo elmo con chiome svolazzanti sul cimiero, il petto nella corazza di ferro, armato di spada appesa al fianco avanza: fulmina con il suo volto minaccioso, con sguardo torvo incita allo scontro, tutto quanto il suo aspetto emana ferocia militare.

Mentre le truppe imperiali germaniche dalle Alpi irrompevano nella Carnia, lui più saldamente rafforzò la difesa in una rocca, di cui era comandante per disposizione del Senato veneziano: e contro di lui la tempesta del primo assalto dei barbari, e dai Germanici si sparge più terribile l'impeto della guerra. Pur essendo ormai abbattuti i rinforzi delle mura dalle pietre catapultate, e pur essendo la rocca privata di difesa dall'incessante lancio di dardi, nulla spaventa Girolamo: in molti luoghi nelle strettoie dei cunicoli per la violenza delle fiamme che avanzano, le mura sono distrutte dalle fondamenta, ma queste cose non turbano per nulla l'animo del comandante, impavido e spavaldo nel pericolo; indeboliti dalle ferite, mutilati moltissimi dei soldati, il numero dei difensori diminuiva di giorno in giorno, e ciò rende vana ogni speranza di resa ai barbari.

*Con potenti lanci di pietre, a piacimento,  
e con macchine puoi colpire le mura,  
soldato, perché l'incendio spargendosi nei sotterranei  
rapidamente distruggerà, con zolfo infuocato,  
rotte le connessioni delle pietre, le fondamenta  
delle rocche; tuttavia non riuscirai a scuotere,  
col lancio di proiettili, il coraggio del comandante:  
non spaventerai il suo animo scagliando lance  
infuocate: non il guizzo del fulmine a tre fiamme  
né le onde del mare sconvolto dai venti  
lo turberanno: non la rabbia feroce della tigre  
d'Ircania, non il leone libico col suo ruggito:  
non si cura del furore dell'impeto nemico.*

Avete sentito quanto bene Girolamo abbia ricoperto il suo ruolo di valoroso comandante e di coraggiosissimo combattente?

Eccolo ora di tutti i mortali il più misero, disarmato, guardatelo che sta avanzando sulla scena ben misero con un solo mantello.

Infine l'esercito germanico di numero esorbitante dilaga, irrompendo ripetutamente con accanimento crescente sulla rocca attraverso gli squarci delle mura; come in tutti indistintamente avanza l'impossibilità a resistere sul piano militare, così più insofferente per il valore del solo

comandante una rabbia ostile si scagliò più ferocemente contro di lui.

Ma astenetevi, mi raccomando soldati, dall' incatenare il comandante col ferro, dal coprirlo di oltraggi, dal denigrarlo con insulti, a meno che dalla più lontana terra barbara facciamo incetta per infierire contro i capi supremi delle truppe. Anche l'ammirazione della virtù bellica verso il nemico ha influenza sugli animi bollenti dei vincitori.

Ma le preghiere presso i barbari non portano alcun vantaggio. Trascinato via all'istante con la più smisurata delle catene, e incurvato sotto il peso del masso appeso al collo è condannato al fetore di un buio carcere, e al terrore delle tenebre.

Come una belva abituata un tempo a terrorizzare le selve con i suoi ruggiti, condannata all'anfiteatro, chiusa nell'arena, minacciata con lo spiedo, ha paura delle grida dei teatri. Così Girolamo un tempo terrore degli altri, ora su un lugubre assito con la nuca lacerata, o la gola ferita teme fortemente che sta per arrivare alla fine di un dramma tragico.

Che cosa aspettate qui, o Ascoltatori? Che il littore con la scure in pugno agisca per legge contro l'imputato che ha di fronte? O che venga straziato da terribili tormenti nel corso del processo?

Mario dall'ulva palustre e dal fango dell'aspro Minturno, devoto ai fasci consolari, non così riuscì a districarsi, né così i semi da un terreno ben coltivato più profondo si sviluppano in gambi verdeggianti, come invece Girolamo venne fuori dallo squallore di quello spaventosissimo carcere a miglior fortuna, e per produrre una messe più rigogliosa.

Infatti mentre la pietra lo incurvava fino a terra, come un tendine contratto, per un orizzonte più ampio aveva scagliato in cielo l'arma delle preghiere, per riuscire a sfuggire alle ire di Dio che scuote fulmini più pericolosi, e ad espugnare il cielo, nemico più forte, e le potenze celesti contrarie.

Anzi le lacrime sparse forgiarono le chiavi, oppure i caldi sospiri le fusero, affinché aperte con queste le sbarre della prigione, e sciolti i nodi delle catene, da quell'orribile notte riuscisse a scappare per impersonare sulla scena una maschera più felice.

Così davvero riuscì a venir fuori da quel Tulliano, aprendogli la Vergine le porte inchiodate; infatti l'Imperatrice celeste con le Sue truppe era accorsa dal cielo alle grida e alle lacrime per portare aiuto al suo eroe.

Vanno in frantumi le catene, dove risplende la Madre del liberatore del mondo: attraverso le postazioni armate dei nemici, sotto la Sua guida, perché lo splendore della luce divina offusca la vista delle sentinelle, riesce a mettersi in salvo facendosi beffa del furore dei barbari. E' la verità.

*Così il sole tramonta sulle onde occidentali  
ma subito il carro per il noto corso  
si dirige di nuovo verso le consuete aurore:  
l'albero si priva delle sue fronde;  
quando i rigidi freddi dell'inverno intirizziscono  
e le giornate nevose ricoprono i campi  
e le selve di ghiaccio: ma torna lo splendore alla terra,  
e ai boschi di nuovo le fronde.  
Ogni cosa desidera l'eterno corso e ricorso:  
e ciascuno gioisce del gradito ritorno.*

Siete a dir poco inorriditi, o Ascoltatori, che spade minacciose si irraggiassero sopra il suo capo, ora però applaudirete all'abbigliamento imperiale, e alle purpuree toghe trionfali, come se provenisse da una cerimonia funebre, scampato al rogo grazie alla rivincita del cielo.

Infatti se poco felicemente per il giovane coscritto si conclusero i primi rudimenti del servizio militare; se la fortuna gli venne meno mentre allora soprattutto puntava fortemente sulle arti belliche; in un altro genere ben più elevato di battaglia e di guerra, ovunque con altissime grida di gioia si acclamerà a lui vincitore trionfante: 'Per gli insegnamenti di questa guerra divina del

cielo evviva Girolamo'.

Pallade lo istruì; non quella che per il taglio della scure di Vulcano saltò fuori d'un colpo armata dal capo di una falsa divinità, ma colei che partorì per l'umanità l'eterna sapienza generata dalla mente feconda dell'altissimo Padre.

Infatti da quelle esortazioni della Vergine, quali divine ispirazioni di spirito celestiale assunse, che animassero la fiamma del divino amore appena concepita nel suo cuore in sterminati incendi di carità?

Quali stimoli verso grandi slanci di pietà, e quali entusiasmi suscitati da quel virgineo e operoso incontro?

Si pente della vita passata, prova orrore per le macchie dei suoi delitti, ha cominciato a volere di cuore azioni migliori e più sante; pensa di dover affrontare altri progetti di una vita più pura, di dover seguire un altro tirocinio di un nuovo tipo di milizia; e la guerra che aveva affrontato contro i nemici per la salvezza della patria, e si erge durissima per la sua salvezza contro il demonio e tutti i vizi, da soldato di Cristo arruolato per l'eternità.

Di conseguenza in seguito combatte negli accampamenti celesti da guerriero non meno zelante di quanto aveva fatto come comandante nelle schiere di Marte; anzi da capo e da privato comandante con vesti di Imperatore infiamma gli altri più fortemente alla battaglia contro i nemici infernali; e aveva invitato all'alloro del trionfo gli uomini che un tempo la evitavano.

Ma prima di rivolgere al nemico le tue insegne, o Girolamo, poni davanti alla Vergine liberatrice le spoglie della ferocia germanica; e alla parete del tempio mariano appendi in voto più che il trionfo della crudeltà, le tenaci catene dei vizi.

Così avvenne, o Ascoltatori, libero dalla colpa dei suoi delitti e dal peso dei suoi beni, va coraggiosamente incontro alla sua battaglia, con la protezione del cielo e sotto gli sguardi ammirati delle schiere delle Intelligenze celesti; al petto non una corazza di ferro, ma armato l'animo di triplice bronzo, con un memorabile addestramento del tutto rivolto a un servizio militare così speciale, cencioso, avvolto in un mantello troppo sciupato e con una veste ordinaria e fuori misura.

Contro il principe delle tenebre prepara delle schiere di fanciulli, squallidi per la fame, la nudità, la povertà, e guarnigioni di poveri e truppe di bisognosi; ben consapevole che colui nulla teme tanto quanto un comandante circondato da truppe di tal genere: ma più giustamente si rivolge al cielo, perché aveva imparato che non si conquista se non con questo tipo di truppe.

Aprè le sue ricche casse, dal suo ricco arsenale tira fuori tutti gli apparati bellici: distribuisce coperte, lenzuola, indumenti e ogni preziosa masserizia, per dotare il suo povero esercito di servizi e di vestiti. E perché non manchi nulla al compito di un ottimo comandante, erige i baluardi della pietà e edifica le roccaforti della religione, costruisce gli accampamenti delle virtù: fonda ospizi, Ospedali, istituisce associazioni di volontariato e collegi per bambini bisognosi, ...

Per tutta la città, con davanti l'insegna della croce, marciano schiere di bambini, agli ordini del comandante Girolamo; procedendo a due a due in lungo corteo cantano il loro inno di guerra celeste contro i vizi e i delitti.

Ma come non si possono contenere i fuochi racchiusi nei crateri dell'Etna, né nelle caverne del Vesuvio né nelle fornaci di Lipari, anzi talora da quei luoghi che li imprigiona, attraverso un passaggio creato da violenta pressione, escono fuori e si spargono tutt'intorno, così quegli ardori di carità, dai quali il cuore di Girolamo sarebbe stato infiammato fino alla morte, non potevano più essere costretti negli angusti confini di una sola città; e così sparsisi nel territorio intorno conquistarono anche l'entroterra con il loro fuoco divino. Pertanto aspirando con l'animo a imprese più grandi organizza una spedizione nelle città vicine. Dovunque lo afferrano gli ardori della carità divina; a lui si aggiungono stuoli di nobili: nel procedere la schiera aumenta; e poi sempre nuove truppe si mettono al seguito delle parole d'ordine dell'Emiliani: si tira dietro un gran numero di patrizi come compagni d'arme, sulla cui fede possa contare in sua vece nell'esercizio del duro servizio, in cui non riuscisse presenziare di persona.

E come una fiamma di notte, che diventando torcia si espande con molta luce, e deriva da

un lampo, lui ovunque lascia monumenti di pietà, esempi di spirito religioso e tracce di bontà.

Infatti in numerose città d'Italia si aprirono, per iniziativa di Girolamo, rifugi per bisognosi, case per bambini poveri, dove i piccoli orfani fossero allevati.

Ma mai si scontrò in battaglia con un nemico più glorioso, né perseguì il demonio con una guerra più aspra, quando lo affrontò nel suo stesso regno per domarlo.

Non temette per niente le profumate dimore di Venere lussuriosa, di entrare nei vergognosissimi postriboli delle donne di malaffare, per distogliere quelle Frini e quelle Taidi di pudore prostituito e le squaldrinelle di corpo impudico da quelle azioni vergognose, dal fango dalla sozzura. Tulse moltissime dalle fauci dell' infernale magnaccia: molte pentite sotto la guida di Girolamo brillarono per santità di vita. Per primo in Italia con un piano stabilito spense le fiaccole di Venere meretrice; per primo predispose un ricovero per le concubine pentite: e che altro? Per primo a ognuna che ha freddo ed è del tutto raffreddata, anzi raggelata accende la fiamma della sua pietà con quei fuochi che senza il favoloso furto di Prometeo aveva preso dal sole sempiterno.

In verità non soltanto è in guerra contro il demonio, con tutte le forze, perché anzi talora gli tocca scontrarsi con la furia di balordi. Infatti non so chi, un forzuto lottatore dei giochi di Lentulo gli va incontro per fare a botte. Dopo averlo insultato con ripetute provocazioni minaccia di tagliargli la barba. Imparate una nuova regola per sconfiggere l'avversario, non richiesta dalla scuola di un maestro gladiatorio, ma ricevuta dal cielo: gli offre spontaneamente il mento da sbarbare. Di colpo quell'aggressività gladiatoria si bloccò, e la violenza provocatoria dell'aggressore cessò, e smontatasi la spavalderia del gradasso, si diede velocemente alla fuga.

*Di parole minacciose l'ira  
si nutre; come il fuoco  
se aggiungi della legna: con la mitezza  
diminuisce la rabbia: una mente  
pacifica alle percosse s'opponne più  
di un torace di bronzo .  
Nulla sa colpire un esercito  
corazzato più di un mite, che  
ha sopportato più la sua collera.*

Avete ammirato, o Ascoltatori, Girolamo che svolge i suoi compiti di comando e che impartisce gli ordini, ora vi metto in scena il medesimo in veste di plebeo, di umile becchino.

Dopo i dolorosissimi stravolgimenti delle guerre, dai quali tutta l'Italia fu sconvolta temette l'estrema rovina: altre due sciagure più terribili di ogni guerra ... : ciò che non distrusse l'incendio della guerra l'han portato via questi due massacri.

Era scoppiata contro la malvagità umana, proveniente dagli antri infernali una terribile pestilenza: essendo stata contagiata una vasta zona dell'Italia e inquinata l'aria, il virus si spargeva diffusamente fra tutte le categorie di cittadini. I piccoli, per l'eccessivo dolore, in braccio ai genitori sbalorditi; i padri tra i sospiri e i gemiti degli amatissimi pegni d'amore cadevano esanimi: funerali promiscui di giovani e di vecchi vuotavano di cittadini tutte le parti della città: le vie e i crocicchi si riempivano di cumuli di cadaveri: tutta la città era ricoperta di insolito squallore.

Ecco un nuovo Tobia, trasportava coraggiosamente appoggiati sulle sue spalle quelli che la violenza della pestilenza aveva ucciso, che erano stati esclusi dagli ospedali sovrappopolati e che erano stati sistemati nei villaggi. Venivano meno le forze a Girolamo sotto il peso dei cadaveri: sudava il nobile becchino per il trasporto degli orribili pesi.

Che cosa fai, o Girolamo, che non ti vergogni di eseguire vili funerali, di svolgere i compiti di un becchino? Non ti trattengono da un gesto tanto umile né il lustro della famiglia, né la perdita della dignità, né le conseguenze negative sui discendenti, né lo sdegno dei parenti, né le lamentele dei familiari? I cittadini ti accoglieranno come un matto con fischi, sberleffi, schiamazzi; tutti ti

proclameranno malato di mente.

Ma questo è il singolare contrassegno dei meritevoli nell'esercito di Cristo, questo il primo segno e la tessera di bontà, che i nobili di Dio appena si affacciano all'ingresso della pietà siano considerati malati di mente per una maligna interpretazione delle cose.

Ma quanti cadaveri trasporta, tanti sostegni trionfali gli porrà davanti il cielo nel suo cammino; anzi accatastati i cadaveri gli uni sopra gli altri, aggiungerà per sé passi in avanti verso il cielo con maggior successo del fantasioso coraggio dei giganti che avevano tentato di conquistare il cielo ammucciando i monti.

Or dunque, a vostro piacere, o parenti, chiamatelo pazzo, schernite, o cittadini, deridetelo, o buffoni: colui che ora schernite, presto queste sue umili azioni lo inseriranno nel numero degli eroi nazionali, e premiato con l'immortalità e con il paradiso obbligherà i suoi devoti a sciogliere i loro voti.

E' ormai stranoto che davvero l'illustre opera di pietà ha seppellito un gran numero di cadaveri colpiti dall'epidemia; un gran numero di ossa sparse ha composto in tumuli; ma i corpi dei poveri, che barcollavano per la fame e che si attaccavano a stento al suo piede, affinché non andassero in cenere e venissero rapiti da un destino prematuro, rianimò con la distribuzione delle sue sostanze.

La sua carità tolse all'annona un numero di uomini non inferiore alla ferocia della peste.

L'aspetto pietoso di quelli che ovunque morivano di fame, i corpi dei poveri sfiniti dalla magrezza, orribili per il sudiciume, sporchi per la pelle infetta, con gli occhi profondamente scavati, i denti sporgenti, giacevano sdraiati qua e là per le vie, chiedendo aiuto ai passanti anche con il solo sguardo.

O Ascoltatori, che cosa credete che abbia fatto Girolamo in una congiuntura così sventurata?

Prima cibo abbondantissimo, poi una quantità smisurata di denaro, quello che aveva accumulato nella sua casa, quello che aveva in credito, proprio tutto diede per nutrire i bisognosi e vestirli: al punto che sacrificò una splendida cintura con borchie di argento massiccio di lavorazione frigia per darla ad un povero che mendicava, non avendo a disposizione neppure una moneta. Credo che stretto in quella cintura Dio l'abbia tratto dal cielo, in modo più reale di quel mito ridicolo della catena d'oro di chi cerca di trascinar giù tutti gli dei e le dee.

*Se cerchiamo il cielo per cammino sicuro  
e compiamo azioni gradite a Dio  
nessuno sale su carri dal cielo  
né alcuno ha meritato il cielo se ricco*

*Se invece qualcuno più generosamente della pioggia battente  
elargisce doni al popolo dei più deboli  
e l'avarò non racchiude l'oro in un nascondiglio  
e non dorme sopra i denari di un forziere chiuso*

*Felice chi ha nascosto nelle mani dei poveri  
una gran quantità d'oro e d'argento per il cielo.  
Il povero scambia i doni con il paradiso  
il povero apre le porte del paradiso.*

In modo davvero eccellente svolse il compito di becchino; ora dalla bara lo riporto in scena solitario, che conduce una vita nel modo più povero in un aspro luogo appartato.

Infatti per non trascurare la sua salvezza mentre si prodiga per quella degli altri, si affretta ad avviarsi verso gli orridi inesplorabili di una scoscesissima rupe, dentro anfratti inaccessibili, direi lande selvagge inospitali, dove nessun tipo di preoccupazione per le vicende umane tenga l'animo in

ansia, ma permetta di trascorrere i giorni in silenzio, affinché con uno slancio più libero la mente sgombra riesca a penetrare nelle cose divine e godere appieno dell'intimità del divino.

Qui il digiuno consuma il suo vecchio corpo, dorme su uno strato di paglia, molto spesso su durissima roccia all'addiaccio, mentre tutto intorno è intrizzito dal gelo, per la neve che cade abbondante: evidentemente, come i fulmini che nei crateri dell'Etna i Ciclopi sensibili al fuoco di Venere forgiavano per Giove, in quei gelidi anfratti di roccia o si liberasse dalla passione o con la purezza del gelo rianimasse quanto si è raffreddato. Non mi meraviglio, o Girolamo, se quell'arida rupe addolcita dalle tue preghiere abbia fatto scaturire le acque per la tua sete, poiché spesso hai bevuto rugiade di lacrime in abbondanza.

Girolamo era di età tale per cui, invecchiando, avrebbe dovuto riposarsi del tutto dalle fatiche, ma ascoltate bene il tipo di quiete concessa alla sua età cadente. Raddoppia i colpi di bastone, infierisce assai crudelmente su di sé a frustate, fino a quando un'altra volta la pelle, per le ferite, non goccioli sangue; di porta in porta attraverso i paesi e i villaggi con bisacce di lino appese alle spalle da una parte e dall'altra gira a mendicare pezzi ammuffiti di pane, coi quali nutrire le familiari schiere di poveri.

Eppure questa forse è cosa meno faticosa: perché tra le opere più abiette, quando il caldissimo sole e l'afa estiva brucia inesorabile ogni cosa, chi credereste che abbia tagliato con la falce le spighe? Lui; e dopo essersi spossato con il lavoro di giorno s'arrampicava ogni volta verso i suoi luoghi aspri e i noti crocicchi per tonificare il corpo sfinito dalle fatiche con una più dura mortificazione.

Ma fermati ormai, o Girolamo, fermati e riposa un po', e non ti opprima l'ansia dell'approvvigionamento per la tua famiglia: nel tuo seno lo scarso raccolto crescerà in messi abbondanti, come su un terreno grasso e fertile; e sconvolto l'ordine della natura, per la tua preghiera, le viti si riempiranno di grappoli d'uva in primavera: tutti i frutti saranno a portata di mano ad un tuo ordine.

Insomma per una volta abbi pietà di te. Ecco le riposte dimore eterne del cielo si aprono per te a porta spalancata; ecco i gloriosi trofei del tuo trionfo sul triplice nemico nei tuoi anni giovanili sono esposti in paradiso; ecco una sede splendente, sedie curuli, un trono in cielo ti aspetta perché vi prenda posto; ecco il cesto di grano, ecco si intreccia la corona d'alloro per il tuo trionfo come comandante e ornare la tua fronte.

Perché continui a tormentarti invano? Ma, come soleva dire a chi voleva persuaderlo a riposarsi dalle fatiche perché ormai vecchio, che non bisogna abbandonare la corsa vicina ormai alla meta, ma insistere di più; e si affrettava con passo più deciso, con una corsa più veloce, con una volontà più accesa alla meta del cielo.

Ma corri, affrettati, vola a ricevere il premio

meritato dalle tue fatiche, dalle tue vittorie e dalla tua pietà;  
e stendi la tua protezione ovunque e sempre con le tue preghiere  
anche su di noi,  
che siamo cresciuti nella tua fede  
e alla tua sequela ci dedichiamo alle lettere  
e siamo tuoi seguaci,  
che seguono te come loro  
portabandiera.